

pervagata in sacris litteris res est, morem priscis patribus, ut solemnibus votis favorem benignitatemque Dei suis liberis, pro eiusque conditione, veluti dispensarent, cum ipsis assignarent suam hereditatem: quam dispensationem vocalant **לְשׁוֹרֶת**, hoc est, benedictionem, ut nunc loquimur. Ad eum igitur morem alludere Achsam opinor, quasi dicat: Nihil dum dotis ab ea acceperit, nam illud terrenum, quod dotti dixisti, siccus est, quam ut fructuoso esse posse, nisi aquas, quibus rigetur, addideris. Confinetur autem ex hoc loco aperte, et si filiae paternorum bonorum heredes non essent, veteri lege, nisi nullus haberent fratres, tamen dotis ipsius dari solere cum nuptiali collocaarentur, atque etiam fundos doti potuisse dici, cum ille tribulibus suis uberenter, quod aliquo nefas erat, ut in libro Numerorum est constitutum. Solum australe, siccum dici, exposuitius alibi. Porro illud, **בְּנֵי יִשְׂרָאֵל**, dictum esse, pro **לְשׁוֹרֶת** censem Judei. At Septuaginta, ut scriptum est, sic interpretantur, *dedisti me;* verum illud **בְּנֵי יִשְׂרָאֵל**, putant praeceps dictum esse. Präpositionem enim **בְּ** deesse. Hanc enim redundant sententiam: *In terra australi dedisti me.* Sed unus idemque est omnium sensus; **לְשׁוֹרֶת**, proprii vortices aquarum significat, opinor. Nimis illas scatebras, è quibus, quasi terra venis, ebullientes aquae volutatim protrudi videntur Græci, **λύρας τον θάραστον**, dixerunt, quam vocis notionem sequi, nescio, nisi si positio hæc libertatem significat, quod Josephus alibi scriptum reliquit quidem, verum ego adhuc ex sacris litteris conjectare non potui. Auxit ergo Caleb filia dotei scatebris duabus, quarum altera superiore loco, altera inferiore fuisse videtur. Neque verò vulgare donum testimoni debuit, jus eliciendi, derivandique aquas in summa aurore fonte quopiam, cùm universa Chanaanæ sicior esset, et pluvialibus aquis opus perpetuo haberet, vel ipso Deo teste. Est enim minime obscurum, quanta fuerit priscis patribus Abrahamo et Isaaco cum Chanaanæ contentio de aquis. Verum si quis existimare malit, non fontes modò, sed agros, aut alia prædicta illis verbis esse significata, cum eo non pugnavero de re obscüræ et incertæ. Porro credibile est, hanc promptam et facilem Caleb's liberalitatem, non tam illis prectione, quam præclaræ existimatione de generi sui Othonelis virtute provocatam esse, quippe quem, divino quodam præssigio, jam tum angurabatur, futurum aliquando populi ducem. Hæc enim, meo certè

judicio, omnia sunt illius dignitatis, et velut rudimenta, quibus sensim gratiosus illi fit apud populum, et vulgi numero eximitur. Sic enim benignissimus Deus, qui Ecclesie sue utilitatis in posterum quam longissimè providet, varias, et mortalibus plerique incognitas dicit causas, quibus arcana sua consilia ad rem in tempore deducat. Quare discamus illius divinum iudicium in rebus omnibus omni observantia colere, et tanquam nobis salutare, amplecti ex animo, etiam, quod sapè sit, parum nostris congrue volta videatur, existimantes non fortunæ libidine res nostras, sed divinæ Providentiæ gubernari, et ratione que nos optima sit, maximeque expedit.

VERS. 20. — **HÆC EST HEREDITAS TRIBUS FILIORUM JUDEÆ IN SUAS, ETC.** Repeit illud, quod versus duodecimum dictum fuerat, quia quæ inde sunt adhuc narrata de Calebo, et Othoneli, atque Achsâ, ea per digressionem, et tanquam parenthesis dicta sunt, propterea quod à Judæis hereditatis distributionem perlineant, ut est ante nobis explanatum.

VERS. 21. — **EOANTQUE URBEZ AB EXTREMO TRIBUS FILIORUM JUDEÆ, ETC.** Jam singulatim enumerantur urbes, quæ intra Iudaicæ fines nuper descriptos existabant, illis temporibus celebriores, non quidem, ut videntur omnes ordine, sed plurimæ tamen. Earum magnus numerus certè est et hunculetum fecunditatis promise terra indicum. Nos singulas non perseguemur describendo. Frustra enim ea sumeretur à nobis opera, cum quia multarum situs atque conditio non magnopere ad sacras historias rectè percipiendas conducit, tunc etiam, quia à nobis ipsis parvum cognitum sunt, quod ante quoque sumus confessi. Fit autem catalogi initium in eo ferè loco, à quo et finium, hoc est, ab ultimâ orâ maris Mortui versus occidente, ubi Chanaanæ est Iudeæ affinis, propè apud extreamam oram maris Mortui. Illic enim posita erat Kabsel, urbs natiblissimæ Banae filii Ioiadæ, viri longè fortissimi, nobilis. Hinc non aberat præcū versus occidentem, Adada, quam Septuaginta Gadgada appellant; solent enim illi ferè aīn, per suum gamma representare; ejus monumentum fuisse, scribit Eusebius libello de Locis hebr. villam suâ memoriam in extremitate finibus Darome, hoc est, austri, quæ Mortuo mari immixcat. Est enim in eo libello pro Gadgada, scribendum, nisi fallor, Gadgada, Kedes, ea, opinor, urbs est, quæ Cadesbarne in finium descriptione dicebatur, propè Petram posita, ut alibi diximus.

Porrò Asor, trium urbium nomen est in hijs tribus hereditate. Nam alia est, quæ versus 25 nominatur, alia que 25. Denique tercia, quæ etiam Esron dicitur. Cur enim eadem una urbs in uno catalogo numeretur sepius? Septuaginta medium illam, vocant Asor novam, quippe vocem Hadatta, id significare arbitrati sunt, et eos secutus est Latinus. Estque eorum etiam apostolator Rab. Isaías, quod sanè minor. Certum est enim, istud verbum *Hadatta*, Chaldeis quidem, novam significare, at non item Hebrews. Quare rectius Rr. Salomon Jarchi, et David Kimhi, Hadatta, propriam alterius urbis appellationem esse censuerunt. Ponit autem istam Asor, quam dixi Novam ab aliis vocari, Eusebius in finibus Ascalonis, ad orientem versus. Alteram verò, quæ Esron interdum nominatur, juxta crenum, Pharan, opinor. At enim vocabulum *Hasar*, quod plurima locorum propriis nominibus apponi solet, ut Hasar-Sual, Hasar-Gadda, etc., significat ea loca non esse muris cincta, sed pagis aut vicis esse. Sic enim ipse Moses verbum hoc est interpretatus in Levitico. Porro Ziph, durum urbium appellatum est in Jude possessionibus. Nam altera ab hæc diversa in locis montosis existit, propè Carmelum Nabalis patria, de quâ suo loco prolixi. Hæc verò ubi sita fuerit, incertus adhuc sum. Planè tamen existimandum est, in istis ad austrum extremitibus, in quibus adhuc versansur, existit. Telen suscipiet equitem eam esse urbem, quam Eusebius appellat Tela, atque 16 milibus passuum ab Eleutheropoli rectè versus orientem locat, nisi ineptum videatur, subito à extremitate austri tam longe ad orientem transire. Carioti existimat R. Isaías non esse proprium urbis unius nomen, sed urbes significare, eas videlicet quæ deinceps annoverantur. At hoc minimè consentaneum est interpretationibus quibus sacra verba distincta modo videmus. Quare credibilis est, certe urbis appellacionem esse, in his ipsis oris australibus. Beersaba vulgo nunc vocat Gublin. Aberat ea urbs à Gazæ quatuor ferè horarum itinere, hoc est, circiter octo, aut decem milibus passuum, non planè versus orientem, sed nonnulli ad austrum, hoc est, ferè ad euronotum. Eusebius absuisse eam ab Hebron scribit viginti milibus passuum. Sed qui illa loci peragrarent, iter hoc plus quam longi dies spatio definitur. Et sane, si tridui via est, ex Geratis, in qua regione etiam Gaza erat posita, usque ad monum. Moriah, hoc est, usque ad Ierusalem, ell

citur, longius abesse Hebronem, à Beersabe, quam 20 milibus passuum. Est autem Beersabe relata ab Abrahamo, atque Isaaco gestis nobilitata. Ptolomæus eam vocat Berzavam. Sic enim lego, pro Berzana. Ab illa ergo urbis istius certissimum situs peti potest. Horæ, illæ locis est, opinor, qui in Judicium historiæ Sephat dicitur, apud ditionem regis Arad, ubi Israelite memorabil strage occiderunt Chanaanæ, cùm nuper ad montem Hor sepelivissent Aaronem pontificem maximum. Siceleg priscis temporibus fuerat in ditione regis Geth Philistini, à quo cùm David dono accepisset, mansit deinde Judeorum, ut est in Regum historiæ scriptum. Pertinet à septentrione ad Amalekitarum fines, quantum certè apparet ex cladi narratione, quâ est ab his vastata. Madmannæ, sive Medemena, haud procul aberrat à Gazæ. Posteri Menoïn vocarunt, ut scribit Eusebius libello de Locis hebr. **וְאַיִן**, Levitis dabitur; videtur quidem Eusebius istam urbem collicare quatuor milibus passuum ab Hebron, et duobus milibus passuum à Terebintho, sive queru Mamre, hoc est, à tabernaculo Abraham. Sed ea descripſio urbis Enam est, ut mox dicemus. Neque verò eam etiam ejus auctoris conjecturam probare possum, quâ urbem Judeam Remnon existimat existisse quindecim milibus passuum ab Jerusalem. Mili enim nulla dubitatio est, quin adhuc commemoratae urbes omnes in extremitibus illis australibus fuerint posite, et quidem plerique ordine, inde ab sinu ultimo maris Mortui usque propè ad Gazam, et mare Mediterraneum.

VERS. 22. — **OMNES TRES VIGINTI NOVEM, ET VILLE EAREM.** Parum rectè subducta ista urbium summa videri potest, quando non 29, sed 38, si Judeos plerosque. aut 37, si septuag. Interpretes et Latinum, aut denique 36, si R. Isaian sequamur, sunt enumeratae. Sed respondent Judæi, solas 23, in his suis Judeorum, ceteras verò novem Simeonitarum, has scilicet, Beersabe, Malada, Iasarsual, Esem, Eltholad, Horæ, Siceleg, Ain, et Remmon. Atqui nondum secerimus Simeonitarum urbes à Judæis. Sed eam describimus regionem, quæ ab statib[us] castris ad austrum posita cùm esset, tota Judæa prima sortitione obiit. Probabiliter ergo dici posse puto, in ista recensione quosdam etiam pagos sive vicos celebriores commemoratos esse aut alia municipia, atque loca urbium nomine digna essent, ea 29 fuisse.

VERS. 23. — **IN HILMI ESTHAOL, ET SAREA**

ET ASENA, etc. Illud in *humili*, est hebreice *Sephela*, quo verbo omnis campus et planties significatur. Quanquam ille campus, qui circa Eleutheropolim longe latèque porrigitur, et vallis, aut planties potius, gigantum in sacrâ historiâ dicitur, peculiari appellatione, *Sephela*, vocatus est posteris temporibus, ut supra diximus. Iḡtū que urbes deinceps re- censebuntur, ex omnes in campis Iudaicis posite fūrē. Similiter atque ea, quæ post, in montosis locis, Esthaea abeat ab Eleutheropoli, ut prōdicit Eusebius, decem milibus passuum quā ibatur Neapolim, hoc est, ad aquilonem versus. Sed videat ille auctor etiam urbem Esthaea ponere inter Ascalonem et Azotum. Uri Esthaea vicina fui Sarea, Estque inter istas urbes et natus, et sepultus Israelitarum robustissimus vir Samson. Zanoā idem Eusebius ponit in finibus Eleutheropoleos, quā itur *Æliam*. Engannim, pluriū oppidorum nomen est. Sed id cuius hic est mentio, in finibus quoque Eleutheropoleo exstīt, prop̄ ab Zanoā, ut credibile est. Tapphusa, ursa à pomo dicta, maximo errore collocatur a Zieglero, pari cum Rhinocorū, ad austrum, gradu. Ea enim descriptio non huic urbi convenit, sed Beth-Tapphusa, qua non in plano, sed in monte extabat, trans Raphiam 14 milibus passuum versus *Ægyptum*, hoc est, in illa Palestina extremitate. Hec autem nostra in campo illo posita erat, qui latè ad Eleutheropolim prorectus jacet. Est et altera Tapphusa in Ephraimitarum hereditate, de quā suo loco agetur. Sunt quidem qui Ptolomei Thenam statuant fuisse Tapphusan, sed quām ver̄, nescio. *Ænam* vocant Graci, *Ænam*. Hanc Eusebius dicit abfuisse bīs milibus passibus à Terebintho, sive queru Manre, quater ver̄ mille ab Hebron, atque etiamnum illie vicaria villam nomine Bethenim. Verū ego existime istam nostram *Ænam* fuisse vicinam Thamnæ, vico grandi, inter *Æliam* et Diopolim, apud quam erat fons eodem nomine, frequens admodum cultu vicinorum populorum, cū apud eum positum esset celebre simulacrum, ut proutib⁹ ad Eusebium est libello de Locis hebr. De Jamuth, sive Jerimoth, diximus capite 40, atque etiam de Adolam. Ille putat Eusebius sitam fuisse, decem milibus passuum ab Eleutheropoli, versus ortum, illic enim villam aut etiam nunc hoc nomen habere. Socho autem, nunc vicum esse scribit idem Eusebius, in campo, ad viam publicam, quā ex Eleutheropoli itur *Æliam*.

rusalem, passu circiter novies millesimo, ad- ditu ibidem extare alterum vicum illi cognominem in monte. Neque ver̄ hinc procul distabat Azeca, quod tum ex iis, quæ capite decimo diximus, efficitur, tum ex Regum historiâ, in qua scriptum est, Palestinos castra fecisse inter Socho et Azecam, adversus Israelitas, qui ad querucum Mamre subsistebant. De campis, sive Gader, et Geder- thaim, an vel Strabonis Gadarim, vel Ptolomei Gadoram referant, nondum satis certus sum. Eusebius scripsit, Gaderam esse nunc villam non procul à querucu Mamre, sive Terebintho, versus Jerusalem.

Vers. 35. — UMBRA QUATTUORDECIM ET VILLE IPSARUM, etc. Neque hæc summa recensioni par esse videatur. Sunt enim urbes quindecim enumeratae. Iḡtū R. David Kimhi censem, Gader et Gederothaim, unius urbis duo nomina esse. Rursus RR. Salomon et Isaías existimant, *Ænam* non esse urbis appellatiōnem, sed fontis, apud urbem Tapphusa, cujus erit proximo capite mentio. Verū quando illud incertissima conjectura nūtūr, hoc ver̄ vix credibile est, cūm ea Tapphusa, quæ fontem habebat, non intra Iudaicos fines, sed apud Josephitas posita fuerit, probabilit̄ dicamus, inter ista nomina unum aliquod esse, quod non urbem, sed pagum, sive aliud municipium significet, planè ut in superiori catalogo respondimus. Sed enim monodus semel hoc loco mihi lector est, mirandū etiam locat viā, quā ex Eleutheropoli petuit Hebron, ad septimum lapidem. Ceilam autem urbem Davidis habitatione nobilim, cēdēm viā, ad octavum circiter lapidem, atque in hoc oppido ait monumentum Habacuc prophete ostendit. Porro Maresa urbis frequens est in sacris litteris mentio, estque imprimit celebrat clade *Ethiopum*, quā eos afficit parv⁹ manu *Asa rex*, in valle Sephata, ei vicina. Eusebius prōdicit, ipsam abfuisse ab Eleutheropoli, bīs milles passibus. Est enim Maresa pro *Maser* scribendum, in libello de Locis hebr. Et Hieronymus prefatione in va- tem Michaelam, cuius ista urbs patria erat, scripsit, ad suam usque memoriam, vicum, apud Eleutheropolim illius ruinas representasse.

Vers. 36. — SANAN, ET HADASSA, ET MAGDAL- GAD, etc. Quæ deinceps sequuntur urbes sedem, sunt partim obscuriores in sacrâ historiâ, quām ut earum situs et loca investigare conjecturis et consequi possimus. Quarundam ver̄ positus est ante à nobis demonstratus. Nam de Lachi, Egione, Maceda egimus capite decimo. Porro Iladassam scribit Eusebius ho- dii representari ejus nominis vico, apud Gufnas positio. Abierant autem Gufnae stadiis cir- citer 35 à Beth-horon inferiore. Massepha, sive Maspha, pluribus uribus impositum nomen est. Sed eam, quæ ad tribum Jude perlinebat, descripsit Eusebius his ferè verbis libello de Locis hebraicis: « Exstabat, inquit, Massepha in tribus Iude: in finibus Eleutheropoleos, con- tra septentrionem, pergentibus *Æliam*. »

Rursus alio loco ait, Masperam Iudaicam suis- se urbi Cariath-laarim vicinam. Porro Jekuel urbs ubi fuerit, non possum certò definire, quanquam probabile est in campo, ab ista Massepha non procul abfuisse. Ceteroqui hoc idem nomen impositus Amasias rex præcipiti saeo cuidam, cūm de eo Idumaeorum decem milia dejeccisset, quos seperat vivos in bello. Beth-dagon, id est, Dagonis aedes, appellantur urbes duæ. Nam in Asera tribù altera est, de quā dicetur capite 19. Haec ver̄ Judaica, si vera est Eusebii conjectura, posita erat inter Diopolim, et Jamiam, ubi, ut ille ait, pagus extat, nomine, Caphar-dagon, hoc est, Dagonis pagus. Fuisse autem Dagonem apud Pa- lestinos celebretur deum, testatur sacrâ historia.

Vers. 41. — LEENA, ET ETHER, ET ASAN, etc. De Leena diximus capite decimo. Sed Asan, quod est, ac si fumum dicas, videtur Eusebius existimare, positam fuisse, quo loco nunc vicus superest, nomine Beth-asan; quindecim milibus passuum ab *Ælia*. De Ether dicimus capite 19. Nesib ver̄, item locat viā, quā ex Eleutheropoli petuit Hebron, ad septimum lapidem. Ceilam autem urbem Davidis habitatione nobilim, cēdēm viā, ad octavum circiter lapidem, atque in hoc oppido ait monumentum Habacuc prophete ostendit. Porro Maresa urbis frequens est in sacris litteris mentio, estque imprimit celebrat clade *Ethiopum*, quā eos affectit parv⁹ manu *Asa rex*, in valle Sephata, ei vicina. Eusebius prōdicit, ipsam abfuisse ab Eleutheropoli, bīs milles passibus. Est enim Maresa pro *Maser* scribendum, in libello de Locis hebr. Et Hieronymus prefatione in va- tem Michaelam, cuius ista urbs patria erat, scripsit, ad suam usque memoriam, vicum, apud Eleutheropolim illius ruinas representasse.

Vers. 44. — ACCARON, ET FILLE IPSUS, ET VILLE IPSUS, etc. Filiorum nomen equidem opinor, pro municipiis positum esse. Chaldaea *Σαρρών*, hoc est, pagos, interpretatur, quasi utroque nomine significata sint loca non cincta muris. De Accaron, diximus jam semel atque iterum, nobis fieri verosimile, hanc eam esse urbem, quæ jam olim existimatur fuisse Geth, non dico arcem illam Bei-selea quæ in excelsa rupi positā est. Erat enim Accaron lo- co plano, sed urbem illi rupi vicinam. Altius enim versus septentrionem fuisse sitam Accaronem, quām Geth. Ceterum, qui nunc ostendit Accaronis locus, sive illa urbis Geth facit, sive ver̄ Accaronis (nolim enim cum quo-

quāmpagnare), is non longè à mari abest, media circiter viā inter Beth sames et Azotum, à quibus utrinque distat milibus passuum plus minus, decem. Et illam quidem spectat ab oriente positam, hanc ver̄ ab austro. Sed utū hoc est, describitur hisce versiculis universu ille tractus Philistinorum, ab Accarone secundū littus maris, usque ad ultimam Palastine oram, quæ prop̄ Rhinocolorum, ut diximus, parve Nili brachio terminatur. In Accarone *πάτερ*, sive Beel zebub, in Azoto Palastina Venus, hoc est, quarta Venus sive Astarteta singulariter celebantur, nefaris superstitionibus. De Gaza quoque, et flumine *Ægypti* satis multa supra sunt à nobis dicta.

Porrò illud : *Mare magnum et terminus, præ- cise dictum est, deest enim pronomen, dicendumque plenē est: Mare magnum et terminus ipsius*, quod à Chaldeo est explicatum. Ter- minus autem mari, est ipsum mari littus, cum suis urbibus, et pagis, vallisique. Nam quod R. Salomon existimat, insulas dici mari, id non est ita. Quando prorsis similiter de Jordane, et ejus termino scriptum ante est, quod sanè de insulis, que nullæ in Jordane erant, accipi non potest.

Vers. 48. — IN MONTE QOQUE SAMIR, ET JE- THER, ET SOCRO, etc. Adhuc enumerate sunt urbes campestres, nunc porrò quæ exstant in excelsioribus locis. Samir, à Septuaginta vocatur Saphir. Nam, ne mendum esse putemus, ipse etiam Eusebius sic nominat, locaque inter Eleutheropolim et Ascalonem. Jether ver̄, exitus scribit juxta Malatham, 20 milibus passuum ab Eleutheropoli ad Daroma interius, hoc est, ad notum, sive meridiem, aut potius euronotum. Illic enim suā memoriā reliquam fuisse hoc nomine villam, à solis christianis hominibus cultam. De Socho, que in monte exstabat prop̄ alteram in piano positam, dicebamus nuper, De Dabira, quæ hoc loco dicitur, Cariath-Senna, quo loco existerit, dictum supra semel atque iterum est. Plerique putant à spinis nomen hoc ei cuius datum esse. Atqui spinam non *Σέβη*, sed *Σέβω*, perscheva, vocatur Hebr. Quapropter ego, probabiliter, ut mihi videor, conjecturā augor, literam samech, pro schin positam in hoc nomine esse, ut illa sepe solet inter se commutari, atque prorsis cam- dem esse hujus nominis enodationem, quæ illius alterius, *Σέβη*, erat. Nam verbum, *Σέβω*, ad litteratorum hominum disputationes disputationesque spectat in Deuteronomio, atque apud doctores hebreos. Et sanc⁹ Septuaginta si-

multe explicarunt utramque appellationem. Nam ut **בְּדַעַת כָּרֶת הַתִּיר**, interpretantur, **πόλεις Τριητάρων**, urbem literarum. Porrò Anab sita erat, inquit Eusebius, in finibus Eleutheropoleos, ubi adhuc vicius ejus extat. Sed nos de ea diximus superius nostram sententiam. Idem ait Esthemus, etiamnam esse praegrandem Iudaorum vicum in Daram, hoc est, ad austrum, pertinente ad Eleutheropoleos regionem. An' quoque in Daram viennam esse Christianorum, circiter novem milibus passuum ab Hebreo positum. De Gosen diximus capitulo 10, in extremo, Arab, aut Ereb, ut Septuaginta profutur, similiter in Daram extabat, hoc est, in illa regione, quae ab Hebreo versus meridiem jacet, et, ut auctum Eusebius, dicebat eo secundo Heronim. Idem ait urbem Dunam quoque, in Daram sitam fuisse 17 milibus passuum ab Eleutheropoli. Septuaginta hanc Ruman vocant, legerunt enim resch, pro dalet. Beth-Tapphuia, trans Taphiam extabat in Palestina extremitate, ut supra diximus, cum de Tapphuia disputaremus. Apheca nomen est plurim urbium per Chanaanam. Sed ista Iudaica ubi locorum fuerit, non possum certe dicere. Est tamen credibile, ut in ipsa recensione cum Beth-Tapphuia conjungitur, ita loci quoque spatio viennam ei fuisse. De Cariath-Arabe, ante dictum est. Sior, erat inquit Eusebius, inter Jerusalem et Eleutheropolim sita. Maon autem, in Daram, sed versus ortum solis, hoc est, in ea Chanaanam parte, quae ad austrum tendit, proprie maris Mortui extremitatem. Credibile igitur est, ab hac urbe nomen positum esse illi deserto, in quo David latebat, cum a Sauli profugisset. Nam in hoc quoque eminebat ille mons Carmel, cuius hic oppidum Nabal patria commemoratur, quod ab Hebreo circiter 40 milibus passuum aberat, ferè ad ortum solis, ut proditum ab Eusebio est. Ziph autem duobus milibus passuum erat Hebreo quia Carmel vicior, que ursus suo etiam monti nomen dedit. Neque hinc longè distabat collis ille Hachita, quantum certe de preditione Zipherorum coniici potest, sed de hoc mox.

Rursus Jota, quae Levitis dabitur, decimo octavo lapide ab Eleutheropoli recedebat ad Daram, hoc est, austrum. Jezreel ista Iudaica, nullis certis conjecturis à me inventori adhuc potuit. Longè enim alia est illa Manassensium, à qua magnus campus Ezrelon nominatus esse videtur. Zanoam recensum nuper inter urbes campestres. Est ergo ista diversa, et for-

tassis propè illam in excelsiore posita loco, similius atque de duabus Socho dictum est. Gabaa ista Iudaica sita erat, ut videtur Eusebius significare, propè Maonem, de qui nuper dicebamus. Unde augor, eam esse urbem, quae in Regum historiā vocatur Gabaa, sive collis Hachila, cuius etiam nuper memini. De thamna diximus in describendis finibus Iudaicis ad aquilonem. Halhul, sive ut Septuaginta dicunt, Elul, suspicatur Eusebius representari villa quædam Alula nomine, non procul ab Hebreo, sed versus Eliam. Idem prodidit Bethsur, non unam videri urbem esse in Iudaorum possessionibus, unam enim existuisse ad vicesimum lapidem, viā, quā ex Aelia petitur Hebron, hoc est, proximè apud Hebronem, eique nunc vulgo nomen esse, Beth-Soron. Vicum enim superesse, juxta quem ebuliens fons ad ipsas montis radices, mox absorbet humo, atque in hac aqua baptizantur esse à Philippo ennuchum illum reginae Candacis. Alteram verò passibus non plus mille distare ab Eleutheropoli; utra autem nostra ista sit, Deus viderit. Certè prior proprius absuerit ab Halhul, apud quam recensetur. Gedor superest in praegrandi pago, cui nomen est Gedrus, ut existimat Eusebius, 10 milibus passuum à Diospoli, viā quā ducit Eleutheropolitan. Elthecon, aliud dicitur Eltheke. Sed quo sita fuerit loco non quoque conjicere. Temerè enim à Zieglero locatur novem milibus passuum ab Jerusalem versus austrum. Impudens enim Thecum patriam vatis Amos, ille pro Elthecon descripsit. De Cariath Iairum ante dictum semel iterumque est. Est autem ex isto loco manifestum, ipsam in monte, aut certe colle, positam fuisse.

Vers. 61. — *ET IN DESERTO, BETH-ARABA MEDIX, etc.* Post annumeratas urbes, quae aliquibus locis extabantur, recensentur ea, quae in locis desertis fuere posite, scilicet loca Hebrei **בְּדַעַת כָּרֶת הַתִּיר** dicunt, hoc est, ut Kindi exposuit, que vasta sunt, neque coluntur, aut habitantur, aut que solis pecoris nutriendis utilia sunt, non etiam segetibus, sive ab hominum cortibus sint remota, sive aliquot habent civitates, atque pagos. De Beth-Arabâ diximus in finibus aquiloniaribus. Engaddi alias dicebatur Hasason Thamar, à lapis dactylorum, aut ut ali censem, à deusatis illis palmis arboribus. Nam, ut Plinius de istâ urbe scripsit, fuit olim secunda ab Jerosolymis, fertilis, atque palmetorum nemoribus, ante videbit, quā loca ista omnia longe latèque cir-

cum Sodomam, et hujus culpæ socias urbes facientia coelesti afflarentur incendio. Locat autem Plinius Essenos, quantum pestilens aurapituit, ad maris Mortui occiduum litus proximus, deinceps infra illos, Engaddam. Habet hec ab austro propinquum desertum Cades, ab occidente, Maon, at iuxta se longo procurantes jugo versus septentrionem et meridiem montes, quos vulgo montes Engaddi nominant, mirabiliter prætoriis, et varis anfractibus atque precipitiis horridis, ipsoque aspectu fœdös. Proditum autem est libyo de Locus hebr. hic etiam opobalsamum colligi, atque ab hoc fructu, per translationem, vincas Engaddi à Salomon in Canticos celebrari. Qui ea loca peragrabantur, narrant, arbores, quae his locis propius ad littus Mortui mariis nascentur, specie quidem pulcherrima proferri possunt, sed quo discepta intus favilla et cinere plena sint, ut etiam nunc Dei iram, quā urbium illarum sceleris persecutus est, agnoscamus. Sunt quia ab Engadda ad Jerusalem stadia metantur tercentum, hoc est, passus, tricies septies mille et quingentes. Sed de Engadda haecens.

Vers. 63. — *ET JERUSALEM INCOLAS IERUSALEM* nos poterunt filii Iudei, etc. Tum ex superiori finium Iudaicorum designatione, tum ex iis que capite 18 dicuntur, certissima rest, urbem Jerusalem intra fines Benjamini fuisse positam. Iure ergo miretur quis in eo, quod memoratur Judei pellere non potuisse illinc Jebusos. Et sanè in Iudicium historiā, de Benjaminitis plane id dicitur, quod hic de Iudeis. Sic enim illuc scriptum est: cap. 1, v. 21: *Et Jebusos habitatores Jerusalem non expulerunt filii Benjamin, habitavitque Jebusos cum filiis Benjamin in Jerusalem usque ad hunc diem.* Ad hoc, urbem istam sacris dictatis ceremonias habitibus Benjaminitibus esse, prædictar mortuorum Moses, his verbis Deut. 33, 12: *Dilectus Dominus habitat securè apud ipsum. Tegetur enim ab eo totâ die, et inter humeros ipsius morabitur.* Rursus Judeorum fuisse eam habitationem aperte cecinunt vates sacer, cum dicent Psal. 78, v. 66: *Et repudiavit tentorium Josephi, neque tribus Ephraim ipsi placuit. Sed elegit tribum Iude, montem Sion, quem amabat, et exædificavit ad instar excelsorum adficerum, sacerarium suum, sicut terram quam in perpetuum stabilit.* Hanc ergo controversiam dijudicari recte posse, existimat quidam, si statuamus, urbem istam in medio reliquat fuisse. Atqui id designati limites Benjaminiticarum possessionum aperte refellunt. Alii ergo utrique tri-

bui suas in eis partes assignant, quæ excelsiores, quæ submissiores, sed interim de eo loco in quo sacra aedes est extructa, mirifice digrediuntur inter se, dum alium Iudeis, ali Benjaminitis attribuere nituntur. Sed quis nescit Davidem redemisse eam aream, atque id solum, à Jebsao Areuna? Verumen invero credibile est, atque etiam probable, plerasque urbes mutatas plurimum esse, postquam in Israhitarum potestatem sunt redactæ. Quod sane imprimit existimari de Jerusalem debet, quæ absque dubitatione, ex angusto oppido in amplissimam extrecta est civitatem, postquam eam Deus, tanquam peculiarē habitationem, sibi delectit. Cum igitur ille, qui posterioribus temporibus sacram historiam universam, ut alibi dixi, per annales, et diaria, atque alia commentaria prius dispersam colligit, et in eos libros, quos nunc habemus, digessit, compositaque, illi locorum nominibus ferè natatur, quæ in vulgus eius seculi perulgata fuerunt atque usitata, non mirum est, si eamdem unam urbem à diversi tribubus possessam videamus cum omnibus duabus fuerint, quæ deinde unis sunt moenibus inclusa. Sed de hæc re dicendum iterum erit capite 18.

Quod porro dicitur, *filios Iudea non potuisse expellere Jebusos*, videtur fortissime et regiae tribus gloriæ plurimum obscurare, ne dicam, pugnare etiam cum eum Dei promissi felicissimi ubique successus. Doctores hebrei igitur, in capitulis R. Eleazaris, quorum sententiam multatio his verbis explicavit Kimhi, existimant, ista non ad vires Iudaice tribus spectare, sed ad ius et fas. Neque enim licuisse Israelitis, vexare armis Jebusos, propter fodus, quod Abimelech cum Abraham fecerat, Jebusos enim istos fuisse Abimelechi nepotes, neque Jebusos a Chanaanis filio, sed ab urbe, quam incolebant, vocatos esse. Porrò Davidem eo fodere non fuisse obstrictum, quando iam tum sanguinis illa propinquitas, qui pacem securitatemque ab Abram depeccus fuerat Abimelechus, longiore nasendi serie esset prærita atque extincta. Sed quis det doctoribus hebreis quod ipsi sumunt, hos Jebusos non fuisse Chanaanis, sed Abimelechi posteros? Omissis ergo commentis anilibus, existimamus, quod res est, Judeos, sicut etiam plerasque aliis tribus, post Ioseph excessum, sùi sibi cordiū ipsos obstatiss, atque etiam suis sceleribus promeritos esse, ut hostibus suis essent inferiores. Similiter enim atque fortunam prosperam pollicitus fuerat Deus, si pietatem

adversus se cohererent, minatus erat eliam aduersa omnia, si sua iussa violarent. Et quid opus est puerilis rugis contaminare sacras litteras, quando Deus ipse apertè testatus est, in Judicium historiæ, cur hostes suos eliminare nequirent Israelites? Loquitur enim ad hunc modum cap. 2, v. 20: *Quia, inquit, peccatis ista, violando fideis meum, quo obstrinserant majores ipsorum, neque obsecuti sunt vocis meæ, non pergam expellere à facie ipsorum ultum hominum eorum gentium, quas reliqui Iosa moniens, ut tentem per eas Israelem, etc.* Manebant ergo Jebusei invitis tum Judicis, tum Benjaminitis, facilè enim se tutabant munitionibus arcis Sion, cùm eliam Davidi insultare non vorerentur, post tot illius glorioissimas victorias, quasi ne cecis quidem et claudis illam defendenter ipsi expugnare posset.

De clausula, usque ad hanc diem, sèpè diximus. Neque verò hinc efficiunt, ante Davidis principatum hunc commentarium esse conscriptum. Nam nec David prorsus eliminavit Jebuseos. Erat enim Jebuseus Areuna, à quo solum adificanda sacre domui argenteo ipse, quamvis iam rex res esset, redemit. Sed estimandum tamen est, subactos a Davide Jebuseos inibi manusse nullos, nisi qui, ut in ius ditionemque, ita et in sacra atque religione Israelitarum concessissent, qualēm fuisse Areunam non obscurè p̄ se ferunt ejus ipsius verba, quibus Davidi voluntate sacrificandi in suā arē prosequitur, in Regum historiā.

## CAPUT XVI.

1. Cecidit quoque sors filiorum Joseph, ab Jordane contra Jericho et Aquas ejus ab oriente; solitus quo ascendit de Jericho ad montem Bethel,

2. Et egrediebat de Bethel-Luza, transiuste terminum Archi-Ataroth,

3. Et descendit ad occidentem juxta terminum Jephlethi, usque ad terminos Bethhoron inferioris et Gazer; finiunturque regiones ejus mari magno.

4. Posseveruntque filii Joseph Manassæ et Ephraim.

5. Et factus est terminus filiorum Ephraim per cognationes suas, et possessio eorum contra orientem Ataroth-Addar usque Bethorom superiorum.

6. Egrediunturque confinia in mare;

Igitur, ut præsentem narrationem concludamus, quid Judæi non expulerunt Jebuseos, id cum illa Christi de zizaniis parabolâ conseruata recte posse existimat Adamantius. Sed, mili certè, dissimillima ista videntur. Neque enim illi Jebuseos tritici, hoc est, proborum hominum, gratiâ, manere sinebant, sed extirpare nequibant. Magis igitur consentaneum est, ut existimemus, illius modi narrationes memoriae proditas à Spiritu sancto esse, atque nostris animis inculcatas, ut intelligamus, quanta nobis ipsi comprehendemus incommoda, dum nostri vitii clementissimum Dei voluntatem à nobis alienemus. Eo enim fit, ut nos, inter reprohos, hoc est, eos quos ipse rejecit, vivere sinat, è quorum contubernio atque contagio à consuetudine dñi nosmet expedire nequimus, sepè unā cum ipsis ad eternā abripimur supplicia. Sed si quis omnino hæc anagoge delectatur, dicamus, domestici animaliorum nostrorum vita Jebuseos esse, que nostrum Judeum, hoc est fidei, et pietatis adversus Deum professionem, variis modis perturbant, vexant, proculeant (habet enim Jebuseus à calcando nomen), neque tamen nostris illa viribus expelli possunt. Davide opus est, is est Christus Jesus, ex Davidis sanguine ortus. Sed neque is illa prorsus exterminat, verum subigit, ut in fidel pietatis nostræ ditionem concedant. Sed hæc haec tamen. Non enim propositum nobis est allegoris insistere, quod sèpè diximus, sed sacrum contextum, proingenii modo explicare.

## CHAPITRE XVI.

1. Le partage échu par le sort aux enfants de Joseph fut le pays qui s'étend depuis le Jourdain, vis-à-vis de Jéricho et des Eaux de cette ville, vers l'orient, et depuis le désert qui monte de Jéricho à la montagne de Bethel.

2. Ce partage sort ensuite de Bethel vers Luza, passe le long des confins d'Archî, vers Ataroth,

3. Descend à l'occident jusqu'aux confins de Jephlethi, et jusqu'aux confins de Béthonor-la-Basse et jusqu'à Gaser; et son pays finit à la grande mer.

4. C'est là, en général, ce que les enfants de Joseph, Manassæ et Ephraim, ont possédé.

5. Voici en particulier le partage de la tribu d'Ephraim : La frontière des enfants d'Ephraim, divisés par leurs familles dans la terre qu'ils possèdent, est, vers l'orient, Ataroth-Addar, jusqu'à Béthonor-la-Haute;

6. Elle se termine dans ses confins, du côté

Machmethat verò aquilonem respicit, et circuit terminos contra orientem in Thanhatselo, et pertransit ab oriente Janoe;

7. Descenditque de Janoe in Ataroth et Naarathla; et pervenit in Jericho, egrediturque ad Jordanem.

8. De Taphua pertransit contra mare in vallem Arundineti, suntque egressus ejus in mare Salissimum. Hæc est possessio tribus filiorum Ephraim per familias suas.

9. Urbesque separatae sunt filii Ephraim in medio possessionis filiorum Manasse, et villæ earum.

10. Et non interficerunt filii Ephraim Chananeum qui habitabat in Gazer; habitavitque Chananeus in medio Ephraim usque in diem hanc tributariorum.

## TRANSLATIO EX HEBRAEO.

1. Filii Joseph autem exhibat sors à Jordane Jerichuntis, ad aquas Jerichuntis, ab oriente, ad desertum ascensio ex Jerichunti, per montem Luzam, et transitibat ad finem Archi Ataroth. — 2. Et excurrebat à Beth-ele versus Beth-ele, et usque ad terminos Beth-horion inferioris, et usque ad Gazer, fueruntque exitus ipsius, mare. — 3. Et descendebat versus mare ad fines Japhleti, usque ad terminos Beth-horion superioris. — 4. Diviserunt itaque hereditatem filii Joseph, Manassæ et Ephraim. — 5. Fueruntque terminus filiorum Ephraim in ipsorum gentilitates; fuit, inquam, terminus hereditatis ipsorum ad orientem, Ataroth-Addar, usque ad Beth-horion superiorem. — 6. Et exhibat terminus versus mare Machmethatham ab aquiloni, et reflectebat terminus versus orientem Thanhatsilensem, transibatque ipsam ab oriente versus Janoe. — 7. Et descendebat à Janoe Ataroth et Naarathla; incidebatque in Jerichuntum, et desinebat in Jordane. — 8. De Thaphua ibat terminus versus mare, ad torrentem Arundini. Erantque ipsius exitus in mare; et erat hereditas tribù filiorum Ephraim in sua familiis. — 9. Et urbes que separati designatae erant filii Ephraim, in medio hereditatis filiorum Manassæ, omnes urbes cum pagis suis. — 10. Et non exterminabant Chananeum, habitantem in Gazer. Et habitavit Chananeus in medio Ephraim usque ad hunc diem. Et fuit servus tributariorum.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — FILII AUTEM JOSEPH EXIBAT SORS A JORDANE JERICUNTIS, etc. Diximus superiore capite, medium terræ sancte locum, in quo stativa castra habebant Israelites, munendum exercitoribus utrinque in primis fuisse adversus inopinatos hostium insultos. Ut ergo Iudei à meridio jam sunt collocati, tanquam praesidiarii, ita nunc Josephites divina sorte constituantur, à septentrione, in magnâ ejus regionis parte, que à posteris Samaria est vocata. Describuntur autem primâ limites australis hereditatis Josephitarum universe, ab oriente in occidentem. Unica enim fuit amborum fratribus, Manassæ et Ephraim, sors, in istâ partitione, ut explicatum à nobis supra est.

s. 8. VIII.

de l'occident, à la mer Méditerranée. Elle revient à Machmethat, qui regarde le septentrion, et retourne vers l'orient en Thanhatselo; passe de l'orient jusqu'à Janoe;

7. De Janoe descend jusqu'à Ataroth et à Naarathla, vient jusqu'à Jéricho, et se termine au Jourdain; elle va ensuite à Thaphua, du côté de l'occident.

8. De Thaphua elle passe vers la mer Méditerranée, jusqu'à la vallée des Roseaux, et se termine à la mer Salée, qui est ici la même que la mer Méditerranée. C'est là l'héritage de la tribu des enfants d'Ephraim, divisés par leurs familles.

9. Et il y eut des villes, avec les villages de leur dépendance, que l'on sépara du milieu de l'héritage des enfants de Manassé pour les donner aux enfants d'Ephraim.

10. Les enfants d'Ephraim n'exterminèrent point les Chananéens qui habitaient en Gazer; mais les Chananéens ont habité jusqu'aujourd'hui au milieu d'Ephraim, ayant été rendus tributaraires.

1. Filli Joseph autem exhibat sors à Jordane Jerichuntis, ad aquas Jerichuntis, ab oriente, ad desertum ascensio ex Jerichunti, per montem Luzam, et transitibat ad finem Archi Ataroth. — 2. Et excurrebat à Beth-ele versus Beth-ele, et usque ad terminos Beth-horion inferioris, et usque ad Gazer, fueruntque exitus ipsius, mare. — 3. Et descendebat versus mare ad fines Japhleti, usque ad terminos Beth-horion superioris. — 4. Diviserunt itaque hereditatem filii Joseph, Manassæ et Ephraim. — 5. Fueruntque terminus filiorum Ephraim in ipsorum gentilitates; fuit, inquam, terminus hereditatis ipsorum ad orientem, Ataroth-Addar, usque ad Beth-horion superiorem. — 6. Et exhibat terminus versus mare Machmethatham ab aquiloni, et reflectebat terminus versus orientem Thanhatsilensem, transibatque ipsam ab oriente versus Janoe. — 7. Et descendebat à Janoe Ataroth et Naarathla; incidebatque in Jerichuntum, et desinebat in Jordane. — 8. De Thaphua ibat terminus versus mare, ad torrentem Arundini. Erantque ipsius exitus in mare; et erat hereditas tribù filiorum Ephraim in sua familiis. — 9. Et urbes que separati designatae erant filii Ephraim, in medio hereditatis filiorum Manassæ, omnes urbes cum pagis suis. — 10. Et non exterminabant Chananeum, habitantem in Gazer. Et habitavit Chananeus in medio Ephraim usque ad hunc diem. Et fuit servus tributariorum.

Porrò ipsa locorum, qua memorantur, ignoratio, descriptionem facit obscuriorum, præsertim que primo versiculo fit, sed eam R. Salomon ad hunc modum explanat : « Fines, inquit, Josephitarum australis inchoabantur ab oriente, apud eam Jordani partem, cui etsi Jericho objacet ē regione, ascendeant, que ad desertum ex Jerichunte, et porrigeantur versus occidentem, in montem Beth-ele. » Igitur existimat R. Salomon littaram, he, verbi בֵּית־בְּאֵל, pro prepositione esse accipendi, et illud יָמִין, harere verbo, יָמִין. Atque huic adstipulari videntur Septuag. At Chaldaeus, dicit, sortem Josephitarum exireisse ab Jordane Jerichuntis, ad aquas Jerichuntis, ab

8